

# **Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen (Ed. Wartmann) Nr. 244**

Nos igitur in Dei nomine videlicet Waldbertus et Cundramnus, Folhcpertus et Tagebertus pro animae nostrae remedio et pro illud terretorii pacalia, quod nos Roadinus, advocatus Cozberti abbatis, in publico mallo interpellavit, omnes pari consilio tradimus atque transfundimus ad monasterium sancti Galli, militis Christi, quicquid proprie hereditatis iure visi sumus possidere in loco, qui dicitur Uzzinwilare, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus vel quicquid dici aut nominari potest, omnia ex integro ad memoratum tradimus monasterium pro animae nostrae remedio, sicut diximus, et pro illius prefatae terretorie pacalia; ea Si ad et Actum Signum ipsorum confratrum, qui hanc traditionem fecerunt in causa pacalia. † Albharii. † Liutharii. † Reginbaldi. † Tageberti. † Adalramni. † Sindolti. † Paldolti. † Rihharti. † Abonis. † Nandgarii. † Wolfhadi. † Gerberti. † Gerharti. † Theotbaldi. † Crimoldi. Ego Notavi regnante domno Hludowico rege anno VI, sub Rihwino comite.